Digitale Westfälische Urkunden-Datei (DWUD) - http://www.dwud.de - a1046514

Kreis
üren.
S. 91

1291 Oktober 4. Lonne (?) bei Osnabrück. [1

Gerhard von Hünnefeld überträgt dem Ritter Werner Crevet den Hof zu Huſtede bei Geſeke als erbliches Lehen.

91

Nos Gerhardus dictus de Hunefelde scriptis praesentibus protestamur, quod Wernero militi dicto Crevet curiam sitam in Huestede cum molendino et pomerio et orto et omnibus attinentiis, pratis, silvis et pascuis porreximus et contulimus iure hominis possidendam, quemadmodum dictam curiam cum dictis ita necessariis Rodolphus miles piae memoriae quondam advocatus in Geseke tenuerat a patre nostro praemortuo possidendam. Facta est autem haec collatio in villa, quae dicitur Lohn, sita apud Osenbrugh, praesentibus pluribus militibus ac famulis honestis et discretis, videlicet Joanne milite dicto Camerario, Henrico de Aspelekampe et suo filio Hermanno, Rodolpho de Haren militibus, Ludolpho milite de Gesmele et suo fratre Ernesto, Joanne famulo dicto de Busche et aliis quam pluribus fidedignis anno Domini M°CC° nonagesimo primo, quarta nonas Octobris.

Kopie 17. Jhdts. auf Papier. Rep. VI C. Das Orig. iſt verzeichnet zu Rep. I E Nr. 1.

© LWL-Archivamt für Westfalen, Internet-Portal "Westfälische Geschichte" - LWL 03/2007